



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 184. De traditis bonis in villa Blowanscote intra pagum Bragbanto.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hudo-  
uico et

§. 183.

Tradidit bodo mansum cum familia liafuuard in *hattrungen* (C) testef maynuuard baddo bern et ceteri supra scripti.

§. 184.

Tradidit euric pro anima suuale quidquid habuit in *blouuanscote* (D) testef uolger bernhard adahuuard pumy.

§. 185.

Tradidit bodo quidquid habuit in *listungen* (E) pro anima sua testef . . . . .  
tradidit bernuuard mansum unum in *bilanuelde* (F) cum adiacente filua item medium in *thyduuytesbus* (G) testef hugo folcbert hrodred odo et alii VIII.

§. 186.

vero *Hidderbus* a progenitore quodam Hessi ducis possessa sit, vix Oedipus diuinando assequi poterit.

De villa  
Hatrun-  
gen.

(C) *Hattrungen* villa in nostro Registro non reperitur. Nescimus ergo, quem vicum designare debeamus. Quantum coniectura auguramur, intelligitur vel Hattingen in comitatu Marcano, vel villa Hetrungen, quam supra §. 178. in pago Westfalon deprehendimus. Videtur abbatia nostra tempore abbatis Sarachonis non amplius in possessione fuisse istius mansi, quem Bodo in villa Hattrungen tradidit. Nihil ergo definimus.

De villa  
Blowan-  
scote.

(D) *Blowanfcote* villa ponitur in nostro Registro *intra pagum Braghanto*, quem amplissimum et spatiosum pagum fuisse, e villis patet, quæ aliis in documentis huic pago tribuuntur. Et cum in eo pago exstiterint *Tornacum* (Tournay ad Scaldim fluiuium) et *Ganda* (Gent ad idem flumen,) quæ vrbes hodie in Flandriæ comitatu inueniuntur, pagus *Braghanto* ampliorem regionem comprehendisse videtur, quam ducatum Brabantia. De villa *Blowanfcote* differemus *infra* §. 229, vbi plura de *Braghanto* et *Rienfi* pago inuenies.

De villa  
Listun-  
gen.

(E) De villa *Listungen* vide §. 186.

De villa  
Bilanuel-  
de.

(F. G) *Bilanuelde* villa tribuitur *pago Westfago* in Registro nostro sæpissime laudato. Eum pagum probe discernere debemus a pago Huuorigo, conspicuo in comitatibus Pymontano et Sualenbergico, de quo egimus supra §. 3. not. (e) et infra plura dicemus. Sicut pagi *Westfago* indicant duæ abbatia, quæ nominantur *Hersfordia* et *Sceldice*, quarum illa in nostris documentis, hæc vero in diplomate cæsaris Heinrici II ad annum 1019, quod in Nic. Schatenii *Annal. Paderb.* T. I. p. 433. exstat, in eodem pago positæ inueniuntur. Quodsi autem eadem abbatia sunt *Hersford* et *Schilsche*, in comitatu Rauensbergico reperiundæ, sine vilo dubio pagus *Westfago* in comitatu Rauensbergico olim exstitit. Eandem sententiam egregie confirmat villa *Bilanuelde*, quæ indubie est oppidum *Bilefeld*, eodem in comitatu Rauensbergico visi solitum, quibus *Vita Meinweri* episcopi Paderb. T. I. S. R. B. Leibn. f. 530. villam *Haspan* addit. Villa *Haspan* videtur esse *Hepen*, intra præfecturam Sparenberg et in eodem comitatu sita; *Thyduyresbus* autem, quæ, teste Sarachone, in eodem erat pago Westfago, probabiliter erit vicus *Dussen* seu *Dissen*, iter vnus horæ circiter situs a castro Rauensberg, ad Osnabrugensem vero episcopatum spectans. Ecclesia in *Hepen* olim mater erat ecclesiæ in *Bileuelde*, vti probant sequentes litteræ Bernhardi episcopi Paderbornensis:

Bernhard⁹ dī grā Paderbornensis epūs dilecto focero suo comiti Ludowico salutem et dilectionis constantiam. Sciat constanter dilectio ūrā quod nos cum dilecto nrō dñō Ottone Custode Paderbornensi in eo ?uenim⁹, quod quilibet inhabitatorum *Bileuelde* mansum ad quem familia ptinet habentem, plebano de *Hepen* annis singulis in die omnium